

Nikolaus V. an NvK. Aufgrund der Zwistigkeiten zwischen dem Deutschen Orden und den preußischen Ständen ernennt er ihn zum Legatus de latere und befiehlt ihm, alles in seiner Macht stehende zu tun, um den Frieden und die Eintracht in Preußen wiederherzustellen.

Or., Perg. (Fragment): BERNKASTEL-KUES, *StiA*, U 169.<sup>2)</sup>

Kopie (gleichzeitig): ROM, *Arch. Vat.*, *Reg. Vat.* 401 f. 476<sup>rv</sup>.

Druck: O. Raynaldus, *Annales ecclesiastici XVIII*, Köln 1694, 427ab (ab Z. 5 intra pectoris); C. Baronius/A. Theiner, *Annales ecclesiastici XXIX*, Paris 1874, a.a. 1454, 11b; Maschke, NvK und der Deutsche Orden 17f. Nr. 11 (ohne Kenntnis des Originals); RTA XIX 2, 704f. Nr. 21,3a (Auszüge).

Regest: Joachim/Hubatsch, *Regesten I* 850 Nr. 13061; Abert/Deeters, RG VI 448 Nr. 4407.

Erw.: Vansteenberghe, *Le cardinal 223*; Maschke, NvK und der Deutsche Orden 57; Meuthen, *Die universalpolitischen Ideen 207*; Meuthen, *Regensburger Reichstag* 484, 493; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 271; Helmrath, RTA XIX 2, 692f., 799.

Die im Original U 169 vorhandenen Passagen sind unterstrichen.

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbytero cardinali salutem et apostolicam benedictionem. Gerentes illius vices in terris, qui in mundo transiturus ad patrem discipulis, quos in finem dilexit, tamquam toti posteritati bonum hereditarium unitatem reliquit et pacem pro debito pontificatus nostris imbecillibus humeris impositi pacem et unitatem in 5 universo populo christiano summis desideriis affectamus. Hinc est, quod intra pectoris nostri archana exacta mediacione revolventes guerrarum dissidia inter dilectos filios magistrum et fratres hospitalis beate Marie Theotunicorum Jerosolimitani ex una ac communitates et nobiles partium Prusie ex altera partibus, diabolica suggestione suborta, ex quibus, proch dolor, depopulaciones terrarum et castrorum alieque calamitates varie successerunt, et nisi ulterioribus illorum salubriter progressibus obvietur, 10 deteriora prodire poterunt in futurum, ad pacem inter magistrum et fratres ac communitates et nobiles predictos felicem componendam, toto mentis desiderio fervencius intenti, cogitationes non cessavimus diffundere singulares. Et quia pro nostro in hiis exequendis desiderio ad partes illas presenciam nostram conferre non valemus, levantes in circuitu oculos nostre mentis, ad personam tuam, in cuius desideriis geritur pacificare discordes et errantes in viam ducere veritatis, et quam omnium largitor graciarum 15 singularibus donis preveniens sciencie magnitudine, industrie claritate et consilii maturitate multipliciter decoravit, nostre deliberacionis coniecumus intuitum et una cum venerabilibus fratribus nostris s. Romane ecclesie cardinalibus, de tuis meritis et operibus purissimis in omnium salvatore plenam fiduciam obtinentes, quod in hiis per tue providencie ac sollicitudinis studium desiderii nostri affectus ad felicem dante domino deduces effectum, te de eorundem fratrum nostrorum consilio legatum de latere 20 ad Prussiae partes huiusmodi cum plenaria potestate auctoritate apostolica tenore presencium constitui- mus et eciam deputamus, ut que pacis concordie sint inter dissidentes predictos promoveas, tractes, statuas, componas, consolides et confirmes et singula, que circa eam pacem necessaria sunt, auctoritate nostra, prout expedire prospexeris, iuxta datam tibi a deo prudenciam salubriter exequaris. Tu igitur divina gratia et angelico favore confisus tam salubre onis ministerii devota mente et affectuoso animo 25 suscipiens sic illud viriliter, diligenter et solcite iuxta datam tibi a deo prudenciam exequaris, ut submotis discordiarum fomentis et causis partes ipse memorare pacis amenitate gaudeant et tuis studiosis laboribus assistente celestis favoris et gracia fructus optati adveniant, quos speramus, tuque illam glorie palmam, que pacis gerentibus causas celesti retribuzione impenditur, merecaris. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadragesimo quinto quinquagesimo quarto 30 kalendas septembbris pontificatus nostri anno octavo.

De curia.

L(udovicus) de Narnia.<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Die – kaum zutreffende – Angabe Jodocus Hogensteins, des Deutschordensprokurator in Rom, die Verhandlungen um die Legation hätten sich bis Ende September 1454 hingezogen (s. Nr. 4096 Z. 35f.; vgl. dazu Helmrath, RTA XIX 2, 691-693), würde eine Rückdatierung der beiden Legationsbulle Nr. 4094 und 4095 (beide 1454 September 1) voraussetzen. Allerdings erhielt NvK die beiden Bullen bereits am 30. September in München, wie er am 1. Oktober an Kaspar Aindorffer schrieb; s.u. Nr. 4122.

<sup>2)</sup> Erhalten ist nur der rechte Teil der Urkunde. Er wurde als Einband eines Rechnungsbuchs von 1494/95 (BERNKA-STEL-KUES, StiA, R 1) verwendet; der größere linke Teil ist verloren. Zu den Rechnungsbeständen des Stiftsarchivs vgl. W.H. Stein, Neuordnung des Archivs des St. Nikolaus-Hospitals in Bernkastel-Kues, in: *Cusanus-Jahrbuch* 3 (2011) 17-39.

<sup>3)</sup> *Ludovicus Bernardi de Narnia*. Zu ihm vgl. Hofmann, Forschungen zur Geschichte der kurialen Behörden II 79, 113.